Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cxcvij

Et primo super primo secundo et aliis articulis vsque ad octauum inclusive
testis examinata est generalis cum aliis depositionibus super eisdem
Super nono articulo incipiendo tum quod sepe contra infideles id testis examinata
dicit sibi nil constare
Super decimo et vndecimo articulis incipiendo tum quod profitebatur id et tum
quod toto tempore vite sue id testis examinata credit articulos esse veros quia
contrarium non presumit
Super duodecimo articulo incipiendo tum quod propter bona opera sua id testis
examinata dicit articulum esse verum quia ad huc hodie ita cognominat
Super tredecimo quartodecimo et omnibus aliis articulis usque ad decimum
octauum inclusive testis examinata dicit articulos esse veros quia semper a
progenitoribus suis et etiam aliquotiens in sermonibus domus audiuit ita esse
et quod ita competentum sit in antiquis libris ad quas se refert
Super decimonono articulo incipiendo tum quod post mortem suam clarum id testis
examinata dicit articulum esse verum quia audit et etiam a pluribus aliis
fidedignis personis audiuit plura et diuersa miraculia circa tumbam bti
leopoldi facta esse Interrogata secundum interrogatoria data et producta testis
respondendo dicit quod nouit prefatum quondam Johannem Dtem ipsum propter
presentem testis videlicet annis viginti Johannes Salzburger olim maritum per
multos annos et vidit ipsum quatuor diebus continuis sanguinem ex naribus
emisisse et quod nullo medicorum ope restinguere potuit demum cum dicta domina
eius vxor quem deponent cum cotina oblatione ad tumbam bti leopoldi
pro salute sui mariti accessisset accessit et cum reuersus esset in domum fluxus
sanguinis ipsius sui mariti iam cessauerat et infra paucos dies prestite sani
tati restitutus est quia dicit ipsum propter fluxum huiusmodi in tanto fuisse debili
tatem quod in proximo mori putabatur Dicit insuper prefatum Annum tunc et diu
antea sanum nouisse et eundem prout in sua depositione deponent infirmum vidisse
et postremo via etiam cum diceba ad tumbam bti leopoldi pretem fuisse
ipsum ibidem liberatum ab huiusmodi infirmitate fuisse Credens firmiter hec ex
meritis bti leopoldi miraculose facta esse
Super viginti et omnibus aliis articulis vsque ad viginti quartum inclusive
testis examinata est generalis cum aliis depositionibus super eisdem
Eadem Dorothea proprina testis in facto proprio medio suo iuramento deposuit
et dixit qualiter de Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto
quidam vehementes dolor ipsum in pede sinistro euentualiter inuasserat qui dolor
in vigilia Sancti Andree apostoli Anno domini millesimo quadringentesimo septu
agesimo octauo durans magis excreuisset ac quedam vesica sub magna que apud
medicos antrax appellatur interea apparuisset tantum inde molestiam fuit quod
pes sinister predictus ei quasi ardens videbatur nestrens quod pdolor ayre de
beret Cumque ipsa quadam nocte in lecto iacens inter dolores paulisper obdor-